



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæ pax & mansio?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

Epiphani
testimoniū.

Latina edi-
tio emenda-
rior quam
Græca.

phanus in Panario l. 1. c. 20. ubi de Christo contra He-
rodianos agit, & ter omnino septuaginta duos vocat,
nec modo ita Græcis textus habet, sed etiam latini,
qui eum verterunt. Antiquissimam vero lectionem
Clemens in constitutionibus ostendit, l. 2. c. 59. ma-
gna igitur auctoritate latina editio nititur, cuius ha-
bita est maior cura, Græcis in partes diuisis, & codici-
bus vario casu dispersis. Quæ Dorotheus adfert de
nominibus discipulorum, merito reiciuntur, non est
ille Dorotheus Episcopus Tyrius, sed alius nec fide,
nec antiquitate illi par. Ex quibus omnibus conclu-
do probabilis esse à Græcis abesse, quam in latino su-
peresse numerum. Configo auctoritate S. Augusti-
ni serm. 1. de Apostolis. Tunc adiecit duodecim discipulis
alios septuaginta duos, & misit illos omnes, sicut ex verbis eius
apparet, ad paratam messiem.

Ne vero possit quisquam existimare lectionem Au-
gustini corruptam esse, liquet eum ita legisse ex l. 2.
q. 1. Euang. cap. 14. De septuaginta, inquit, duobus disci-
pulis. Sicut viginquatur hori totus orbis peragitur atque
à sole illustratur: ita mysterium illustrandi orbis per Euange-
lium Trinitatis in septuaginta duobus discipulis incrimatur.
Viginquatur enim ter in septuaginta duobus ponimus. Quod
autem binos mittit, sacramentum est charitatis. Siue quia
duo sunt charitatis precepta, siue quia omnis charitas minus
quam inter duos esse non potest.

VERSUS 2. 3.

*Et dicebat illis: Messis quidem mul-
ta, operarij autem pauci. Rogate
ergo dominum messis, ut mittat o-
perarios in messiem suam. Ite: ecce
ego mitto vos sicut agnos inter lu-
pos.*

QVÆSTIO I.

*An eadem Apostolis & discipulis precepta
data?*

§. 1. **Q**UÆ Apostolis mandat, ea etiam discipu-
los observare iubet, ne quis alio illos modo
legari existimaret. Eadem enim precepta crebro re-
petita sunt: ut monet Augustin. lib. 2. de consensu
Euangel. cap. 30. Aliis atque aliis sermonum suo, um
locis, multa dominus iteravit, quæ alibi iam dixerat.
Hos porro in Iudæam mittit, ne quisquam prædica-
tionis exors esset. Toram enim regionem facile per-
currere potuerunt. Inter lupos, & prædones. Cincti
enim undique sunt improbis, quorum maior multo
est numerus.

§. 2. Beza planeridiculos, ait, monachos, qui ritum pau-
pertatis sua, & Anabaptistas, qui suam illam nonnullam hoc
testimonio stabilire conantur. Optime & sanctissime Mo-
nachi, si enim discipuli mittuntur sine sacculo & pe-
ra, cur non possunt & monachi? Quod si sine viati-
co iter discipulis facere imperavit, eor discipulis ma-
gis ridiculi sunt monachi, discipulorum imitatores,
mandati Dominici executores?

Anabaptistas non ideo execramur, quod rerum
nonnullarum instituerunt; nam & hoc in primitiis Eccle-
sia factum est. Sed quod eam omnibus sibi præce-
ptam asserant, quodque eam nonnulla secula ad vxor-
um quoque prostitutiones extendant. Denique quod
ita subolem educant, ut prolem parentes non agnos-
cant, ex quo horribilem matrimoniorum profana-
tionem sequi necesse est, cum intra primos agnat. o-
num gradus ducant & nubant.

Anabapti-
sta discipu-
los non imi-
tatur.

§. 3. Mitte illos ait, ut agnos agros, inter lupos, Apo-
stolos, Matth. 10. 16. ut oves misit. Agnoscunt non
modo in lupos nihil possunt, sed nec sine omnium sa-
xilo vivere: Apostoli igitur ut fortiores, ut pacis
mittantur, hi ut filii, ut imbecilliores. S. Ambrosius
agnos vocari putat: quod peculiarem illorum curam
habere Christus profiteatur. Sollicitudo boni pasto-
ris efficit, ut lupi in agnos audere non possint.

VERSUS 4.

*Nolite portare sacculum, neque pe-
ram, neque calceamenta, & nem-
nem per viam salutaveritis.*

QVÆSTIO I.

*An salutatione occurrentium fuerint præ-
hibiti?*

§. 1. **M**isit Eliseus Giezi 4. Regum 4. 29. e com-
dato, ne quenquam salutaret, si occurrenti-
bi homo, non salutes eum, & si salutaverit te quisquam, non
respondes ei.

Ad eum modum non existimo Christum veritas
salutationes, sed tantum eas, qui predicationem
impedirent, vel morarentur.

Nec igitur licuit ad hospites, notos, cognatos salu-
tandi causa diuturne, quæret occasione ad suos
proficiscendi, secularia negotia tractandi.

Deinde nec cum obuiis notis in via colloquia fa-
miliaria trahere licuit, nisi de Evangelio. Finis igitur,
ne vlla reimpediri, vel remorari se permitterent.

In alio prorsus genere id apud Plautum Parasitus
facit, malum mihi atus, si quis occurrisset.

Hoc etenim quod ait *לשון לא תשלוך*
bechalma denasch la deshelan. In pace viri ne postula-
veris.

Solius igitur M. ssis curam eos habere voluit: ut
eam oportam colligerent.

Messiem suam, particulam suam B. ugenis ait optime
manulcipa omittente. Sed correctæ editio, cum o-
mnibus Græcis, & Syro retinet.

QVÆSTIO II.

Quæ pax & mansio?

§. 1. **S**yrus pacem requieturam super filium pacis
dicit, masculino genere *לשון* haluch super
eum.

Brugensis illam fœminino genere probat. Amiqua
nostra manus scripta Brugens. Lobbiens. Lodiensis. Clarmensis.
& tria Andomariensia, pro masculino illum, legunt fœmini-
num illam, ut subaudiatis domum, ad stipulante Bida, qui non
solum ita legit, sed & interpretatur, cum ait: Pax requietur
in domo sine ea fuerit filius pacis, quæ quidem verba, Beza
D. Gregorio accipit, hom. 17. in Evangelio.

At correctio a puto, quæ habent illum, cum in Græ-
co & Syro sit masculinum, & commodissime refertur
ad filium pacis.

Filius pacis dignus à Deo factus, ut pacem recipiat,
eaque fruatur, quod ipse ex fœtalit, sed gratuita Del
vocatione, illuminacione, perseverantia dono.

§. 2. Manere Beza interpretatur, non pro *לשון* in-
schab habita e, sed *לשון* helin diuturne, ut iubeat tan-
tis per in hospitio morari dum quieverint, id. o. ne sit pax
Battologia, cum additur, ne transite de domo in do-
mum. Quasi vero id nesciant fœssos, de via oportere
diuturne, & morari, noctemque indulgere quieti.
Nec timendum est, ne sit Battologia, cum Hebræo si-
milare sit, præcipere aliquid, & contrarium eadem
perio.

periodo prohibere: quod multi crebro notantur.

Exemplum est c. 9. 4. *Mancie & in dno exenti*. Non sunt illa accommodanda ad omnes, quæ de hospitibus dicuntur. Non enim diu vno in loco manuerant, sed ad alia profecturi, veluti prænuntii sublati.

§. 3. Manducare iubet, quæ apponuntur: ne laetitia querant, nec illa, quæ interdum auferunt hospites humani, refugiant.

§. 4. Sequenibus verbis hæc notanda occurrunt:

V. 10. *In plateis eius*, relatiuum non est in Syro, sed tantum *בשׂוּר* *beschura*, in plateas, addendum tamen et Latino & Græco.

V. 11. *Εκ παλαιο νεω*, sed in Syro & aliquot Græcis *Ερβεστιά*. Syrus plures numero *בְּרִיבְרִיב* *brivbriv* *mirum admodum*, de verbis vestris.

V. 10. *Χαίrete*, alii addunt *μὲν οὖν*, quod in correctis non est.

V. 11. Quod in quibusdam Græcis est additum *εἰς μέντοι τοὺς ἀποδὲς ὑμῶν*, et in Syro etiam est, *reclusum mittitur*.

V. 12. *Sidonem remisit*, Syrus: *erit Sidoni regnes*, *בְּרִיבְרִיב* *brivbriv*, quam vobis.

V. 13. Legendum est *Corozin per N.*, tertiam ligandam, non *M.* ita Syrus, & Græcus, ita correctæ editio.

VERSYS 17.

Reversi sunt autem septuaginta Duo cum gaudio dicentes: Domine etiam demonia subiiciuntur nobis, in nomine tuo.

QUESTIO I.

An rectum gaudium discipulorum?

§. 1. Syrus habet: *reversi sunt septuaginta quos miserat*. *בְּרִיבְרִיב* *brivbriv* *deschadar*. Deinde habet: *cum gaudio*.

Redeunt, & legationis suæ exitum referunt: felitem. Gaudent vero, quia demonia etiam subiiciuntur in nomine Christi, ubi Christo gratulantur. Cypr. de ieiunio. Greg. l. 18. Mor. c. 7. alique aliquid culpa, aut vanitatis hoc in gaudio fuisse, ideoque à Christo reprehensos. Aliter Theophyl. & Maldonatus, possunt in bonam partem intelligi, quibus ideo assentior, quia a ieiunio in nomine tuo, quo ad Christum omnia referunt, nihil sibi tribuunt. Cum utem sanctum si gaudium, de gloria Christi, de dono miraculorum conceptum, non sunt reprehendendi: nam Christus gaudens donavit, & illi eo redempti multos converterunt, in de gaudio iustum & legitimum. Et si quispiam de tanto bono tristaretur, merito in pias & invidas censetur. Nec verba Christi reprehensionem, sed instructionem continent. Non esse gaudium alicuius momenti, si cum eo, quod ex prædestinatione oritur. Multum enim miraculis clari, damnabantur. Nolum donum miraculorum, aliud, sed sola prædestinationis gaudium prædestinatus exhibet.

QUESTIO II.

An non fuerit ante data potestas demonum eiciendorum?

§. 1. Promissum hoc Christo fuit, atque adeo servus illius Psal. 90. 4. *Super aspidem & basiliscum ambulabis*. Hoc quasi admirantes renunciant, de aliis miraculis memorant, quasi ante non accepissent eam potestatem.

testatem. Ea plane discipulis, quæ Apostolis potestas data est, in qua & in demonibus imperium fuit. Præcepta etiam eadem fuerunt, & conciones. Si enim nulla discipuli in acie fecerunt, si demonibus pellicere non poterunt, non fuissent tam gravi pena digni, quicquid non recepissent. Si namque solis verbis nova adferunt, Christum Messiam esse annunciant, fidem exigant, non immerito suspecti haberi possent, si nullum signum legationis adducunt, si doctrinam nullis miraculis obliquant.

Quod autem demonibus subiici tanquam admirabile referunt, non ideo faciunt, quod præter opinionem acciderit, cum non accepta à Christo potestate id tentassent, & successum experti fuerint.

§. 2. Potestas enim demoniorum eiciendorum in primis necessaria fuit, cum regnum celorum adversus Saran regnum annunciant; cuius specimen d. b. at, cum de corporibus miserorum, & crudelissimos inquilines discipulos depellerent. Deinde quis credat discipulos bene institutos, & recte legatione functos, id aggressuros fuisse ruros demones, & non accepta potestate tentaturos, de quo nunc electio d. bitabant. Sic enim non minimam Evangelio remotionem nisi potestatem iniecerint à demone superati, si non fuissent subiectam habuerint.

Quis vero discipulus id neget concessum, cum missi erant, quod in nomine Christi etiam illi fecerunt, qui Christum non sequebantur? Cur igitur de subiectis demonibus mentionem faciunt? Respondeo: omnia namque, quos, à quibus morbis sanant, quos converterunt, quomodo excepti fuerint. Denique addidisse, quod suum putabant non modo morbos cessasse, homines credidisse, sed etiam demonibus fuisse subiectos. quod proprium erat Evangelio, ut credentes demonum efficere tur domini.

Grande hoc bonum, & quod admirabile faciebat.

Eo enim Evangelii potestas maxime ostendebatur. Nam sanationes morborum, occultis herbarum, aut lapidum viribus tribui poterant. Diaboli vires, tyrannidem quotidie videbant superstitiosi, & athei, & vehementer timebant, horum illi Domini erant, his demonibus supplicabant, ne pellerentur. Magna omnino f. ritudo, demonem non timere, sed habere supplicem. Itaque & Christo virtutem laudant, sed gratias agunt, lætanturque sua opera eum vti dignatum. Hæc autem illis data verba 19. docet: *Ecco dedi, &c.*

§. 3. Græc. est *διδωμι* *do*, confirmat enim quod dederat, cum enim narrarent, quæ egissent ad eos in fide roborandos, animandoque ad legationem difficili. *Calcabōne* in m. quæ obituri erant, illa potestate de nouo instituit, serpentes ne putarent cum legatione expirasse. Addit enim potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, quod multi spiritaliter etiam de demonibus interpretantur. Literalis tamen est interpretatio retinenda. Discipulis se non modo persecutores gladio, sed magi etiam sese opposituri erant, ut fecit Simon, Elymas, alii, contra hos satis munici videbantur, quod ipsis demonibus subicerentur, nec hostis iam in vinculis timendus erat. Obortur tamen alia non minor difficultas. Spiritra quidem, & demonum machinæ nocere non possunt. Qui si autem magi, qui si simul etiam venenarii, & *φάρμακός* *pharmakos*, serpentes veros, scorpionesque mittant: venena miscant: Hic etiam seculos esse iubet. ut Marc. 16. v. 17. & 18. Erat eo tempore venenariorum ingens numerus; visitatum erat quod paulo post dictum est:

Hinc Lybica mories, & secinus aspidæ merces. In precio erant Marci & Philli, qui serpentes odore soporabant, impune lacebant, fugabant. Plin. l. 7. c. 2. & l. 10. c. 18. Atque apud Italicum doctus dicitur.

Serpentes dicitur ex armare veneno.

Et apud Manilium

Serpentum membra sunt non inimica

Osculaq. horrendis iungunt impune venenis.